

Band IX., Nr. 4184, Seite 503-504

*Graf Eberhard von Wartstein vermacht dem Kloster Zwiefalten Güter in
Wilzingen.*

Zwiefalten, 1291. November 22.

In nomine domini. Amen. Nos Eberhardus comes de Warstain universis et singulis in Christo fidelibus presens scriptum legentibus subscriptis fidem adhibere cum salute. Singulorum habere notitiam et nullius oblivisci divinum est potius quam humanum. Quamobrem noverit omnium universitas per presentes, quod nos habito consilio salubri et prudenti in remedium anime nostre in lecto et hora mortis constituti universa bona tam in domibus ortis pratis nemoribus agris pascuis aut modis quibuscunque ipsis pertinentibus, que coemimus a Berhtoldo dicto Hunt, siti apud Wilcigen¹ monasterio in Zvivultûn, in quo sepulturam nostram eligere decrevimus, dignum duximus conferre per manum nostram ac filiorum nostrorum, videlicet Ottonis, Hartmanni, Gotfridi, Burchardi, Cûnradi et Egenonis, tytulo proprietatis libere et pacifice in perpetuum possidenda. Cuius donationis testes sunt: nobilis Hartmannus comes de Brandiburc, dominus Hanricus de Gundilvigen canonicus Argentinensis, nobilis Cunradus de Gundilvigen frater suus, Hanricus rector ecclssie in Erfstetin, Ūlricus de Egeligen, Al. dictus Rorwanc, Hanricus decanus in Bichinshusen, Ūlricus rector in Hagigen, Wernherus de Hertinstain, Reinhardus, Berhtoldus et Cûnradius fratres von dem Stain ac alii quam plures viri probi et honesti. Et ut predicta donatio firma permaneat et a nullo queat enervari, presentes literas munimine sigillorum nostrorum ac domini Hanrici canonici Argentinensis predicti nec non nobilis Cunradi predicti procuravimus roborari. Nos Hanricus canonicus predictus et Cunradus nobilis de Gundilvigen prenotatus ad petitionem comitis prelibati sigilla nostra ad evidentiam premissorum duximus apponenda. Debent etiam filii nostri predicti sicut promiserunt circa ordinationem predicti remedii eorundem bonorum coram universis secundum formam iuris predicto monasterio warandiam prestare fidelem.

 Data sunt hec et conscripta in monasterio predicto Zvivultûn, anno incarnationis dominice MCCLXXXI., Cecilie virginis et martiris.

¹Oberwilzingen, Hayingen, RT, bzw. Unterwilzingen, Ehingen (Donau), UL.

II

Textabdruck folgt dem Original (italienisches Perg.).

 Nur noch ein Stück des dritten spitzovalen Siegels Konrads von Gundelfingen, mit dem linken Obereck des Schilds und dem darauf sitzenden Helm mit Schwanenrumpf zwischen federbestecktem Joch; von der Umschrift nur Anfang und Schluss teilweise: . . . CVN GIN.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 551 U 900

Überlieferung und Textkritik:

Original und Papierkopie. Abschrift im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 367. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomat HStA Stuttgart H 14 Nr. 361, S. 76b.

Editionen:

Sulger: Annales Zwifaltensis, Bd. 1, S. 245 mit dem Datum: X. kal. Decembris.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Zwiefalten

Ortsindex:

Bichishausen Wohnplatz (15903)
 Bichishausen, Münsingen, RT
 Brandenburg Wohnplatz (16745)
 Brandenburg, Dietenheim, UL
 Eglingen Wohnplatz (16052)
 Eglingen, Hohenstein, RT
 Erbstetten Wohnplatz (16772)
 Erbstetten, Ehingen (Donau), UL
 Gundelfingen Wohnplatz (15913)
 Gundelfingen, Münsingen, RT
 Hayingen Wohnplatz (15868)
 Hayingen, RT
 Hertenstein Wüstung (24212)
 Hertenstein, Sigmaringen, SIG, W
 Oberwilzingen Wohnplatz (15875)
 Oberwilzingen, Hayingen, RT
 Rechtenstein Wohnplatz (16926)
 Rechtenstein, UL
 Unterwilzingen Wohnplatz (16796)
 Unterwilzingen, Ehingen (Donau), UL
 Wartstein, Ehingen (Donau), UL
 Zwiefalten Wohnplatz (16028)
 Zwiefalten, RT